



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Disputationvm De Censuris In Commvni,
Excommunicatione, Svspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

4 An poßit esse veniale peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

62 Disp. IV. De causa propter quam censura ferri potest.

ris, quod satis est ad euitandam censuram: quia illa A
transgressio præcepti non est perfecta, & completa.
Afferuntque exemplum de eo, qui confiteatur tempore
præscripto ab Ecclesia: si tamen, aut non integrè:
nā id satis est ad non incurrendam censurā Ecclesiæ,
licet non sit satis ad non peccandū. Simileque addu-
ci posset de communicante in Paschate in peccato
mortali.

19
Dubijs resolu-
tio.

Sed hoc absolute, & in vniuersum mihi nō proba-
tur. Considerandū ergo censeo, an ille defectus in-
terior, siue sit intentionis quod proprie spectat ad
fictionem, siue attentionis, qui solum est distractio
quædam: an (inquam) talis defectus sit contra sub-
stantiam actus præcepti, ut præceptum est: nam, si
non sit contra substantiam, excusabit censuram,
imò etiam excusabit culpam contra præceptum Ec-
clesiæ, licet non excuset culpam contra aliud ius
diuinum, vel naturale. Exemplum est in illo casu
de communicante in Paschate in peccato mortali.
Idemque erit de consistente valide, non tamen fru-
struose (si supponamus dari sacramentum confessio-
nis validum & informe.) At verò si defectus ille sit
contra substantiam actus præcepti, ut præceptum
est, etiam si exterius quasi materialiter fiat quod
præceptum est, non satis erit ad excusandum cen-
suram absolute impositam contra transgressores talis
præcepti: quia ille verè transgreditur illud præce-
ptum, & nulla ex parte illud implet. Talisque, ut o-
pinor, esset ille, qui in Paschate communicaret, non
solum in peccato mortali, sed etiam sine vera fide,
animo irridedi, vel occultandi suum errorem: quia
nimis est directè contra substantiam talis præcepti.
Idem censeo de illo, qui exterius confiteatur, etiam
integrè, tamen sine dolore, vel proposito sufficiente
ad substantiam sacramenti, ut supra suo loco di-
xi: quia ille defectus est etiam contra substantiam ac-
tus præcepti.

20
Efficiens a-
ctum sub
censura præ-
ceptum inte-
gre quoad
substantiam
licet ex alio
cap peccet,
censuram
non incurrit.

Vnde oportet attentè considerare, aliud esse im-
plere præceptum quoad substantiam, aliud verò
materialiter efficere exteriorem actum, quem lex
præcipit. Nam de primo est vera, & communis sen-
tentia, id sufficere ad vitandam censuram positam
in transgressorem talis præcepti, quia ille re vera nō
esset transgressor illius præcepti, etiam si fortasse alio
titulo peccet. Hoc autem sensu distinguitur sub-
stantia præcepti à modo extrinseco, ut v.g. quod fiat
propter Deum, vel meritorie, aut fructuose, vel
in statu gratiæ. Quo etiam sensu habet locum rece-
pta doctrina D. Thom. & omnium, præceptum per
se obligare ad substantiam actus non ad modum. In
hac vero substantia actus præcepti, ut præceptum est,
includitur voluntas, intentio aut actio necessaria,
ut talis actus sit humanus, & illius moralis rationis,
secundum quam præcipitur. Vnde, si hoc desit, quā-
uis exterius videatur exerceri actio præcepta, illud
est omnino materialiter, & non secundum substan-
tiam præcepti. Quod in his rebus moralibus valde
aduertendum est: quia præcepta etiam Ecclesiasti-
ca dantur de actibus humanis, ut humani sunt. Et
iuxta hæc iudicandum est etiam in alio casu de au-
diendo Missam, vel recitante sine vlla attentione: nam
iuxta veriorē doctrinam attentio aliqua est de
substantia talis actus, ut cadit sub præceptum: & id-
eo qui nullam habet, verè omittit interius, & extre-
rius formaliter loquendo de actu præcepti, etiam si
materialiter videatur idem externum opus facere:
ideoque incurreret censuram, si absolute contra o-
mittentes posita sit. Quod semper addo, quia, si in
lege sit aliquod verbum magis limitans, seu coar-
ctans censuram, iuxta proprietatem eius iudi-
candum erit: quia censura non exten-
ditur ultra voluntatem legisla-
toris, prout expressam
in lege.

SECTIO IV.

Utrum Censura ferri possit propter solum peccatum mortale, vel etiam propter veniale.



X dictis in præcedentibus sectionibus
possumus hic statuere generale prin-
cipium certum, nempe Culpam, pro
qua imponenda censura est, debere
esse proportionatam tali censuræ. Pro-
batur naturali ratione, quia pœna debet esse com-
mensurata culpæ, & è contrario: nam contra iusti-
tiam commutatiuam est, grauem pœnam pro leui
culpa imponere: sed censura habet rationem pœnæ,
& ob hanc rationem culpam supponit: ergo ratio
iustitiæ postulat, vt talis culpa sit cōmensurata gra-
uitati talis pœnæ.

Et ex hoc principio inferuntur duæ conclusio-
nes, quæ generatim sumptæ, eandem videntur ha-
bere certitudinem. Prior est, censuram grauem, id
est, quæ priuat bonis maioris momenti, & ex se ma-
gnum inferit nocumentum, & idem posset non in-
congruè *censura maior* appellari, ad minimum sup-
ponere peccatum mortale, vt iustè ferri possit. Pos-
terior est, minorem, seu leuiorem censuram pro
veniali etiam peccato imponi posse. Ratio vtriusque
ex proposito principio per se statim patet: quia esset
contra æquitatem iustitiæ pro leui culpa grauis-
simam pœnam imponere: sed quilibet maior cen-
sura, grauisima pœna est: venialis autem culpa est
leuis: ergo non potest esse illa pœna cōmensurata
huic culpæ. Secus vero est de minori censura: illa e-
nim leuis est pœna: & ideo etiam propter leue pec-
catum imponitur. Nec refert, si quis dicat, culpam
venialem esse maius malum quacunque censura,
etiam grauisima, vt propterea ob illam solam im-
poni possit: nam pœna nō est cōmensuranda culpæ
secundum æqualitatem; sicut enim nonnunquam
poterūt adæquari, cum sine ordinem diuersorum:
propter quod non rectè hoc modo comparantur,
sed secundum proportionem, vt scilicet illi culpæ,
quæ in suo ordine grauis est, pœna respondeat in
suo etiam ordine grauis. Quod, cum in omni pœna
necessarium sit, maxime tamen in medicinali: qua-
lis est censura, vt de excommunicatione dicitur in
c. Multis, 2. q. 1. & in c. 1. de Sent. excom. in 6. in prin-
cipio: & ad suspensionem, & interdictum idem ex-
tenditur: & inferius agendo de censuris in particu-
lari, & præsertim de excommunicatione veraque
pars euidentius probabitur. Intelligenda autem hæc
sunt iuxta dicta sect. præcedent. de actu, qui in ipso
opere externo sit sufficiens ad peccatum mortale,
nam si quis ex voluntate, quæ sit peccatum mortale,
leuem actum exteriorem faciat (vt v.g. leuiter per-
cutiat clericum, vel quid simile) non incurreret ma-
iorem excommunicationem, iuxta principia posita
in dicta sectione.

Ex quo vterius intelligitur, quamuis censura ma-
ior ferri non possit, nisi pro peccato mortali, non
tamen è conuerso quodlibet peccatum mortale, et-
iam externum (iam enim de hoc semper loquimur)
esse dignum tali censura. Sicut etiam in minori cen-
sura respectu venialium id notissimū est: quis enim
dicat, pro quolibet leui mendacio posse hominem
excommunicari maiori excommunicatione? Idem
ergo cum proportionem intelligendum est de maio-
ri respectu mortalis peccati. Et ideo dixi in priori as-
sertione, ad minimum requiri peccatum mortale, vt
indicarem, non quodlibet sufficere, sed specialem
quandam grauitatē postulari, aut quod scandalum
generet in Ecclesia, aut pacē perturbet, aut aliquid
grauē nocumentum afferat, quod alia via non pos-
sit cōmode impediri. Hæc autem peccatorum dis-
cretio, vel mortalium inter se, vel venialium inter
se, vt pro his possit proportionata ferri censura, &
nō pro illis, nō potest vna generali regula præscribi:
nulla

Culpam de-
bere esse pro-
portionatam
censuræ.

Censuram
grauem sup-
ponere mor-
tale peccatum,
vt iustè ferri
possit, ad leui-
orem vero ve-
niale suffici-
re.

Non omne
peccatum
mortale esse
dignum cen-
sura graui.

nulla enim sufficiens excogitari potest, sed necessa-
riò id committendum est prudentia legislatoris, &
iudicis, vt considerato sine principali imponendi
censuram, & qualitate delicti, & necessitate, vel ma-
gna vtilitate urgente, eam imponat. Et ideo August.
lib. de Correp. & grat. c. 15. & refertur in ca. Corri-
piamur, 24. q. 3. de excommunicatione agens, ait ex
pastoralis necessitate, & non aliter ferendam esse. Et in
Concil. Aurel. 5. c. 2. præcipitur, vt pro paruis, & le-
uibus culpis nemo excommunicetur: nec prater eas
culpas, pro quibus antiqui Patres arcebat Ecclesia in-
fessurum committentes. Et habetur in ca. Nullus, 1. q. 3. vbi
sunt plura alià decreta de hac re.

Atque hinc fit, vt si alijs pœnis possit curari, aut
impediri peccatum, aut cõtumacia corrigi, eis prius
vtendum sit, vt statuit Concilium Trident. sess. 25.
c. 3. de Reformat. quod decretum valde est notan-
dum in confirmationem huius doctrinæ. Et in Con-
cil. Meldensi, c. 58. quod refertur in e. Nemo Episcopo-
rum, 1. q. 3. valde notanda sunt verba illa, Et illi qui
aliter non poterit corrigi: agit enim de excommuni-
catione maiori, quam negat debere imponi, nisi pro
crimine mortali: & cum dicta limitatione, scilicet,
quando necessaria censetur ad correctionem. Ex
quo etiam valde consentaneum rationi est, & intè-
rione prædictorum canonum, vt (cum inter censu-
ras species diuersas vna sit minus grauis, quàm alia,
& omnes ad hunc finem tendant corripendi con-
tumaciæ, & reprimendi peccata) quando ille potest
obtinere per censuram minus grauem, illa tantum
imponenda sit, & non statim esse inchoandum ad su-
prema censuram, vt est excommunicatio maior, quæ
pena nulla in Ecclesia maior est, vt dicitur in cap.
Corripiamur, 24. q. 3.

Atque hanc fuisse antiquæ Ecclesiæ consuetudi-
nem, & hunc, vel similem ordinem in his pœnis
imponendis iuxta sacros canones feruari debere,
satis colligitur ex cap. Præfenti, 5. quæst. 2. & ex cap.
Veritatis, de Dolo, & contumacia, & ex cap. 2. de Te-
stibus cogendis, & hoc etiam notauit Gloss. in cap.
Cum tu, verb. Per penam, de Vfuris: & Gloss. in cap.
Honoratus, verb. Adhuc, 74. d. Notantque suspensio-
nem debere antecedere excommunicationem, sci-
licet in sacerdotibus, qui suspendi possunt. In laicis
vero antecedit interdictum, vt notant Doctores in
citatis iuribus: & Abbas in capite vltim. de Cohab.
Cleric. & mulier. Non quod hic ordo semper ne-
cessarius sit, sed quod ad prudentiam iudicis perti-
neat illum seruare, nisi negotij grauitas aliud requi-
rat, aut nisi probabiliter iudicet nullam esse spem
fructus in premitenda censura minori: tunc enim
inutile esset illam ferre. Sicut etiam inutile esset fer-
re maximam censuram, si nullus ex ea fructus spe-
raretur: vt ex cõmuni sententia Iuristarum docuit
Felinus in ca. Apostolica, de Excep. circa init. & Iacobi.
de Graff. lib. 4. suar. decis. c. 1. n. 18. Quod tamen in-
telligendum est de fructu non tantum priuatæ per-
sonæ, sed etiam totius Ecclesiæ: quia non solum ad
salutem eius, in quem fertur, sed etiam ad aliorum
exemplum, & disciplinam ordinatur censura.

Ad singulas censuræ species in particulari applicatur
supra posita doctrina.

VT verò hæc, quæ in communi, & indistinctè di-
ximus, intelligantur magis, & probentur, oportet
ea ad singulas censuræ species breuiter ap-
plicare. Et primum in excommunicatione distin-
guunt Theologi duplicem excommunicationem,
scilicet maiorem, & minorem: quarum distinctio
non est nunc à nobis ex professo explicanda: sed sa-
tis est supponere distingui in effectibus, & conse-
quenter in grauitate pœnæ: De excommunicatione
neigitur maiori certum est, solum posse imponi pro-
pter mortale peccatum: id enim expressè habetur
in suar. c. 1. m. 5.

in iuribus citatis, præsertim in quæst. 3. cap. Nemo E-
piscoporum, & docet Leo Pap. epistol. 89. & suo loco
dicemus latius. Excommunicatio autem minor et-
iam pro peccato veniali ferri potest, vt de facto in-
curritur propter communicationem in rebus hu-
manis cum excommunicato, vt constat ex Concil. Carthag. 4. c. 4. & dicemus inferius. Quo fit, vt pos-
sit etiam talis excommunicatio minor pro aliquo
peccato mortali ferri: id enim à fortiori sequitur,
quia mortale grauius est quam veniale, & interdum
non sufficit, vt ratione illius maior excommunica-
tio feratur, vt dictum est: aliquando ergo poterit ex-
pedire, vt saltem feratur minor: vt infra etiam di-
cetur.

At vero de suspensione, & interdicto aliqui sim-
pliciter asserunt posse imponi pro mortali, & pro
veniali peccato; & in hoc constituunt differentiam
inter illas censuras, & excommunicationem. Ita lo-
quitur Caietan. in Summ. verb. Præceptum, & Na-
uarr. in Summ. cap. 27. n. 165. & alij. Sed non video
cur non sit eadem proportione loquendum, & di-
stinguendum de suspensione graui, & leui, quæ ma-
ior & minor appellatur ab aliquibus, sed non est in
vfu. Quidquid vero sit, de nominibus, pro mortali
peccato grauis suspensio imponitur, quæ quidem
non poterit imponi pro veniali: esset enim magna
improportio, & inæqualitas. Si ergo aliqua suspen-
sio propter veniale potest imponi, erit illa leuis, &
quoad referens proportionem cum excommuni-
catione minori, quidquid sit de vfu vocum. Idem-
que est proportione seruata de interdicto: nam li-
cet illi hoc proprium sit, vt pro peccato alieno im-
poni possit, tamen, cum ferri non possit nisi propter
peccatum, vel proprium, vel alienum, vt supra di-
ctum est: & docet etiam Nauarr. c. 17. num. 168. cum
illo peccato, propter quod fertur, comparandum
est. Atque hoc modo certe non potest ferri interdi-
ctum graue, & quod alicuius momenti censetur,
nisi propter grauem, & mortalem culpam, propter
rationem superius factam. Si ergo propter veniale
peccatum nonnunquam fertur aliquod interdictum,
illud esse non poterit, nisi valde leue, puta singularis
personæ, ad aliquem particularem actum, & per
breue tempus: quod proinde leue dici poterit. Et
hac ratione superius insinuauimus, sicut diuiditur ex-
communicatio in maiorem, & minorem, ita posse
diuisionem eandem censuræ in communi accom-
modari, & generatim definiri, censuram maiorem
non posse imponi, nisi propter peccatum mortale,
& proportionatum: censuram autem minorem
posse pro aliquo peccato veniali ferri. Sed hæc ex-
plicabuntur melius, disputando de singulis censuris
in particulari.

SECTIO V.

Virum ad ferendam censuram requiratur conti-
nencia, vel sufficiat peccatum commissum, & præteritum.

DVplex est modus ferendi censuram,
vt ex superioribus constat, scilicet per
legem, aut quodlibet præceptum su-
prioris prohibentis, vel præcipientis
aliquid sub censura ipso facto incur-
renda; vel per sententiam iudicis condemnantis re-
um ad talem penam ob commissum delictum. Circa
priorem modum ferè non habet locum quæstio
præfens: quia talis censura ex vi ipsius præcepti, &
modi, quo fertur, includit conditionem requiren-
tem contumaciam, & inobedientiam. Nam ad Ecclesiã
vt incuratur. Vnde vt supra etiam dicebamus, ta-
lis lex includit monitionem sufficientem, vt illius trã-
gressor sit inobediens, & contumax ad contrahen-
dam censuram. Solum ergo potest circa hoc relin-
qui